

Dei æterni, cum patre eterno, & æterno spiritu sancto, qui regnum tenet cuius nullus finis est futurus, quiq; suos aduersarios, qui ipsum amplecti, & ut Psalmus ait, exosculari noluerunt, sicut uas figuli comminuit. Sua autem turris erit firma ac munita, secundum ueritatem promissionum suarum. Vt autem & infania horum conuicatorum aduersus ueritatem magis innotesceret & certius demonstraretur, quasi collatis signis & conferta manu cum illorum delirij congressus, proposui scripta nostra publice examinanda, copia facta omnibus contradicendi, & afferendi in medium quæ uellent. Et nunc me offero ad pleniorē & copiosiorē explicationem, & reddendam rationem sententiæ meæ omnibus petentibus, quàm tamē nostris Ecclesijs docentibus, & predicantibus salutiferum uerbum Dei, & Euangelium Christi, subiectam esse uolo, & in præsentia subijcio. Et oro Christum ut in ueritatis